DISSERTATIO IURIS FEUDALIS SAXONICI VON DEM GEDINGE, PRÆSIDE IOH. IACOBO MOSER, ...

Johann Jacob Moser, Friedrich Wilhelm Kulenkamp, ...

Digitized by Google

§. 1.

Varii significatus vocis **Ding / Dingen** *ꝛc.*

Vox omnibus nota Ding plures admittit significatus: 1. Dinck vel Ding / itemque Thinc inter nomina Iudiciorum originis Germanicæ forte frequentisſimum eſſe obſervat Dnus Io. Guilielmus HOFFMANN, (1) in præcipuorum, quos ætas noſtra colit, Eruditorum Germaniæ numero collocandus. 2. Optime obſervat peritisſimus Antiquitatum Germanicarum SCHILTERUS, (2) Ding Teutonibus quoque ſignificare pactum, vel contractum in genere. Addit idem, exprimi quoque 3. hoc vocabulo pactum emphyteuticum inter Dominum & Emphyteutas, ſeu Hubarios, coniunctim de Iure & Legibus Iudicii Emphyteutici: Ding-Rotul / Ding-Hofs-Recht / Ding-Buch. 4. Denique vocem Ding tam late patere, ut æquipolleat Latino: res, negotium, ens &c. id ex Lexicographis vel pueris notum eſt. Adiectivum vero Dingen Suevis certe, forte

& aliis

(1) *Diſſ. 1. de modo Iudic. pribat. exercendi apud Germanos* §. 2. *not. b.* ubi plura de iſta voce hoc ſenſu ſumta invenies; adde Dn. Chriſt. Gottl. HALTAUSII *Calendar. medii ævi p. m. 7.* ubi de vocabulo: Dingstag ſelectas Obſervationes exhibet, nec non SCHILTERUM *loco mox citando.*

(2) *In Diſſ. de Curiis Dominical.* §. 6. inſerta *Commentar. ad Ius Feudal. Alemann. p. m. 552.*

& aliis Germaniæ populis, idem est, ac: conducere, verdingen autem locare. Denique vox ausdingen / vel bedingen / à Ding & Dingen descendens, tantundem valet, ac: conditionem vel limitationem pacto vel etiam pretium rei adiicere.

§. 2.

Et Geding. Eandem quoque matrem, vocem scilicet Ding / agnoscit procul dubio vocabulum, de quo agendum nobis nunc erit: Geding / eadem pariter cum ista sua matre fata expertum. Etenim, notante Viro Iure suo clarissimo, Paulo Matthia WEHNERO, (1) 1. Iure Saxonico termini præiudiciales vocantur Geding / 2. Geding in Iure Saxonico usurpatur etiam pro donatione propter nuptias. (2) 3. Geding / ait RUDINGERUS, (3) sunt etiam pacta institutionis &c. Imo addit 4. proprie ein Geding dicitur pactum, quod fit ex publico consensu. 5. Pro transactione accipitur hæc vox in *Ord. Cam. Imp. Part. 1. Tit. 16. §. 3.* ibi: wollen wir / daß sich der Fiscal mit keiner straffwürdigen Parthenen / ohne wißen und willen seiner zugeordneten Beysitzer / vertragen / noch mit ihr einigen Pact oder Geding annehmen oder machen soll. 6. Pro qualicunque pacto in der Cam. Ger. Ordn. *de A. 1500. Tit. 11.* ibi: daß hinfüro die Advocaten und Procuratores in allen und jeden Sachen / was ihnen durch Unsern Camer-Richter und Beysitzer taxirt wird / zur Belohnung benügen zu laßen / und die Parthenen darüber nicht weiter erfordern / beschwären / noch einig sonder Geding mit ihnen deßhalben machen / in keine Weiß. 7. Denique specialem quoque vim habet hæc vox, cum de Feudis usurpatur & de hac dispiciendum nobis est eo magis, quo minus præsidii secundum hactenus deducta in origine vocis tot tamque diversissimis significatibus obnoxiæ licet ponere.

§. 3.

(1) *In Observat. pract. voc.* Geding *p. m. 156.*

(2) IDEM *l. c.*

(3) *In Observat. singul. Cent. 2. Obs. 56.*

§. 3.

Ubi hac vox in usu sit?

Monendum, autem nobis est in limine, solennem hanc vocem esse solis Saxoniæ aliisque Septentrionalis Germaniæ populis; non autem occurrere apud Germanos meridionales, imo nec in Diplomatibus feudalibus Imperatorum, (quantum recordamur,) unico à SCHILTERO (1) in medium prolato Diplomate Ruperti excepto, sed tum etiam, cum ipsis Principibus Saxonicis Expectativas quasdam sive concessere sive firmavere, voce hac usi non sunt Imperatores, sed Zusag, Vertröstung, Expectanz, Anwartung, (2) &c. dixere. Equidem non ignoramus, vocabulum hoc sæpissime deprehendi etiam in Iure Feudali Alemannico: at hæc nos non movent, eo enim traslatum illud esse ex Iure Feudali Saxonico (fonte istius,) certo est certius, neque placere hanc vocem Germanis superioribus tum Diplomata eorum feudalia loquuntur, tum cognita Præsidi Praxis perpetua.

§. 4.

Unde interpretanda?

Ex hoc ipso quoque sequitur, quod si vox hæc in Diplomate quodam occurrat, dubiique quid circa eandem enascatur, neque suppetant domestica lumina, quibus collustrari possit, tum recurrendum esse ad Ius & mores Saxonum circa Feuda usitatos, præsertim si constet, Provinciam aliquam usam esse in Feudalibus, saltem illo tempore, quo Diploma fuit indultum, Iure Saxonico, qualium Terrarum Catalogum sistit Ill. Dn. à LUDE-

(1) *In Diss. de Investit. simult. Princ.* §. 2.

(2) Vid. ex. gr. Literæ Ferdinandi I. Imp. Augusto, Electori Saxonico super Expectativa in Principatum Anhaltinum concessæ, in LUNIGS Reichs-Archiv. *Part Spec. Contin. II.* unter Sachsen *p. 319.* Literæ Investituræ Imp. Leopoldi pro Domo Saxonica de A. 1702. *ibid. p. 7. 8 seqq.* Exspectativa Imp. Maximiliani I. pro Domo Saxonica in Ducatum Saxo-Lauenburgicum, cum Confirmatione Imp. Leopoldi *ibid. Part. Spec.* unter Sachsen *p. 223.*

LUDEWIG, (1) quibus nos certo modo addimus Episcopatum Hildesiensem, quippe de quo LUNIGIUS (2) refert: währender solcher Vereinigung (maioris partis Episcopatus Hildesiensis cum Ducatu Brunsvicensi) sind von den Herren Herzogen die Iura Saxonica abgeschaffet, an deren statt aber, samt dem Römischen, das Longobardische Lehen-Recht eingeführet, daher es denn geschehen, daß das Ius Feudale Saxonicum autoritatem legalem im Hoch-Stifft Hildesheim verlohren; (ergo eandem prius habuerat,) dem ohngeachtet hat man gleichwol verschidene Dispositiones deßelben und insonderheit (notetur,) die simultaneam Investituram oder Sächsische Mitbelehnschafft beybehalten. Quibus fidem conciliant allata ab eodem Exempla Literarum Investiturae de Annis 1649. & 1717. ubi tum de Feudis ipsis dicitur: zu einem rechten Erb-Sambt-Mann-Lehen, wie Erb-Sambt-Mann-Lehens Recht, Art und Gewohnheit ist, tum omnium Agnatorum nomina (certissimum Investiturae simultaneae Saxonicae indicium,) inseruntur, quemadmodum etiam Edictum ad Vasallos de recipiendis feudis A. 1717. emanatum des ältesten Lehenträgers denominationem iniungit, ut adeo vix subsistere possit Attestatum Hildesiense eodem Anno ad instantiam Principis Lichtensteinii editum. (3)

§. 5.

Opiniones Doctorum de vi huius vocis

Audiamus iam, ad ipsam rem nos conferentes, omnium primo de significatione vocis Geding, quam in Iure Feudali habet, Scholam Doctorum: neque vero exhorrescat quis ad horum mentionem; minime capimur autoritatibus aliorum in rebus, ubi propriis cernere licet oculis proprioque uti iudicio, imo & hoc concedimus, plures Doctorum in hac quoque materia se invicem

(1) *In Diss. Iur. comm. & Sax. in Invest. simult. Differ. 2. Cap. 3. seqq.*

(2) *In Corp. Iur. Feud. Germ. Tom. 2. p. 1636.*

(3) *ibid. p. 1650. & apud* HARPPRECHTUM *de non usu Iur. Feud. Alemann. Part. 2. p. 14.*

invicem ſequi, ut grus gruem: attamen & hoc certum eſt, in rebus facti, qualis utique eſt diſceptatio: in quo ſenſu vox hæc in foro ſumi & qualis ſenſus in praxi textibus Iuris Feudalis Saxonici vom Geding diſponentis tribui conſueverit? ſtandum omnino eſſe aſſertis Virorum in eiusmodi Provinciis negotiis eius generis adhibitorum atque adſuetorum.

§. 6.

Exhibebimus autem maioris fidei gratia ipſa ICtorum verba, ut aiunt, formalia, quæ ſe ita habent: *Exhibentur.*

Ill. BOEHMERUS, Halenſium ICtus plane excellens: (1) Ex quo etiam ſimultanea Inveſtitura, das Geding, h. e. ſucceſſio pactitia, ortum traxit. - - Quid autem eſt aliud das Gedinge, quam pactum?

Dn. de COCCEII, ICtus Francofurtanus: (2) Expectativa, Geding, Anwartſchafft.

ab EYBEN, ICtus Helmſtadianus: (3) Si ea (Inveſtitura) ſuper Feudo nondum vacante (Expectativam vulgo appellant, Expectanz, Anwartung, Geding, - -) interpoſita fuerit.

Exc. Dn. FLEISCHER, ICtus Halenſis & Francofurtanus: (4) Promiſſio - - ſi ſcil. Dominus directus Feudum, quod à Vaſallo poſſidetur, alteri alicui, ſub conditione, ſi ipſi apertum fuerit, promittit, & vocatur Expectativa, Expectatio Beneficii, eine Anwartſchafft, Anfall, ein Geding ꝛc.

HORNIUS, ICtus Wittebergenſis: (5) Equidem negari id non poteſt, interdum Inveſtituræ nomen tam late ſumi, ut etiam comprehendat expectantiam, ſive expectativam, Lehns-Expectanz, Geding. - - & Geding etiam

(1) *In Iur. Eccles. Proteſt. Lib 3. Tit. 20. §. 44. p. m. 858.*
(2) *In Hypomnem. Iur. Feud. Tit. 6. §. 14.*
(3) *In Elect. Iur. Feud. Cap. 5. §. 21.*
(4) *Inſt. Iur. Feud. Cap. 10. §. 2.*
(5) *In Iurispr. Feud. Longob. Teuton. Cap. 10. §. 8. p. 251.*

etiam interdum tum dicatur, si (Investitura) abusivá accessit.

KOHLIUS, ICtus Helmstadianus doctissimus, & omnium latissime in vim huius vocis inquirens: (1) inter Synonyma (Expectativæ) nobis Geding, Wartung, Anwartung, Anfälle, Anfall, Gnadenlehn, Lehn ohne Gewähr huc referuntur. - - Geding maioribus nostris spem significavit: hinc Geding verleihen, ein Lehn im Geding verleihen, de spe feudum acquirendi aliquem investire. - - Gedinge ergo est vox generalis, exspectantiam significans, cuius adiecta forte pacta ex Formulis in Instrumento expressis diiudicanda.

Dn. à LUDEWIG, ICtus Halensis: (2) Neque hic inter vocem Geding und Anwartung ulla diversitas. Synonyma enim sunt. - - Et utraque dictio denotat placitum, promissum ac pactum de futura Successione in Feudo Vasalli viventis, quod fieri solet vel per nudas literas expectivatas, vel superinfeudationem abusivam, Germanis vulgo dici solitam, durch eine Lehens-Expectanz, Anwartung auf eines andern Lehen, Angefälls-Verschreibung, unde alias etiam vocatur der Anfall, Lehn ohne Gewähr ꝛc. Idem tamen, sibi hic non constans, alibi (3) scribit: Contentiosa lis, quid sibi velit verbum Gedinge; num expectativam, num simultaneam Investituram? ultimum credidimus fide I. F. Sax. *C. 5.*

MASCOVIUS, meritis quam munere illustrior ICtus Lipsiensis: (4) Expectativa - - Germanis dicitur Anwartschafft, Angefäll-Verschreibung, Geding, item Lehen ohne Gewehr. Est vero Ius ad Feudum obtinendum à Domino sub conditione aperturæ datum.

RUDIN-

(1) *De Exspectativ. & Investit. eventual. Cap. 1. §. 1. 2. p. 2. seqq.*

(2) *In Different. Iur. comm. & Saxon. in simult. Investit. Diff. 1. Cap. 3. §. 14.*

(3) *In Reliqu. MSptor. Tom. 10. p. 653.*

(4) *De Expectativ. in Feud. Imp. §. 1.*

RUDINGERUS, (1) (nam & hunc, licet Franconicum ICtum, ab aliis sæpe in hac materia excitatum, advocabimus,): Investitura, quæ de Feudo alieno sine consensu Possessoris viventis adhuc conceditur, vulgo dicitur Gedinge. Hinc apud Saxones Feudum sine possessione vulgo vocatur ein Geding.

SCHILTERUS, ICtus primo Saxonicus: (2) Promissio, quo & Expectativa, Anwartung / Geding / Item: (3) Geding -- hic speciatim (denotat pactum) de futura successione in Feudo viventis Vasalli, si id Domino apertum fuerit. Pactum hoc fieri solet dupliciter, aut de certo & determinato aliquo Feudo, quod vocamus benannt Geding, aut de incerto nec determinato, unbenannt Geding. -- Illud, benannt Geding, fieri solet iterum duplici modo, aut per nudas literas expectativas, Angefälls-Verschreibung, -- aut per actum investituræ sub conditione &c. Alibi (4) vero ita scribit: in his Textbus vocabula Geding / Anwartung, -- non tantum expectativam presse dictam, sed etiam Investituram simultaneam involvere manifestum esse arbitror. --- Unde patet: Synonima fuisse: in Gemeinschafft seyn &: in rechtem Gedinge zum Lehen verliehen.

SENCKENBERGIUS, ICtus Gœttingensis: (5) Synonima eius (Expectativæ) habe: Anwartschafft, Anfall, Geding, Gnaden-Lehn, Lehn ohn Gewähr.

STRUVIUS Sen. ICtus Ienensis: (6) Germanis dicitur (Expectativa) ein Geding / Lehn R. *C. 7. & 57.* eine Expectanz, Lehns-Expectanz, Angefäll, Anwartschafft, Anwartung eines noch unverledigten Lehn 2c.

 STRU-

(1) *Singul. Observ. Cent. 2. Obs. 57.*
(2) *In Instit. Iur. Feud. Cap. 5. §. 1.*
(3) *In Commentar. ad Ius Feud. Alem. Cap. 12. §. 1. p. m. 118.*
(4) *Diss. de Invest. simult. Prin. Imp. Cap. 2. §. 2.*
(5) *In prim. Lin. Iur. Feud. Part. 2. Cap. 9. §. 215. p. 230.*
(6) *In Syntagm. Iur. Feud. Cap. 7. §. 4. n. 1. p. m. 224.*

STRUVIUS Iun. ICtus itidem Ienensis: (1) Promissio - - - si Dominus dirigens Feudum, quod à Vasallo possidetur, sub conditione, si ipsi fuerit apertum, promittit, vocari solet Expectativa, - - vel etiam Iure Germanico feudali, ein Geding ꝛc.

STRYCKIUS, ICtus Viadrinus, Wittebergensis atque Halensis: (2) (Expectantia) Iure Saxonico vocatur ein Geding, Lehn-Recht C. 7. & 57. à conditione scilicet, quæ in casum mortis alterius Instrumento inseritur. Et alibi: (3) Nec tamen ante aperturam Feudi renovationem petere opus habet investitus, cui sola Expectativa, das Gedinge/ die Anwartung/ non simultanea Investitura, die gesamte Hand/ est concessa.

TITIUS, ICtus Lipsiensis: (4) das Wort Geding ist in den Sächsischen Lehn-Rechten gar gebräuchlich und daher entstanden/ weil einem das Lehn unter Geding oder Bedingung versprochen wird. Lehn-Recht C. 5. 57. Man nennt es auch Expectanz, Anwartung ꝛc. - - Ist demnach das Gedinge eine wahre Zusage/ dadurch der Lehns-Herr einem verspricht/ das Lehn auf den Fall/ wenn es erledigt wird und also an ihn zurückefällt/ zu geben.

WEHNERUS, (liceat enim & hunc Francum adiungere,) (5): Interdum Vocabulum Geding sumitur pro Investitura abusiva (rectius expectantia,) seu Feudo sine possessione, eine Anwartung.

Sed iam satis esse sive autoritatum, sive testimoniorum existimamus.

§. 7.

Summa eorum. Summa itaque dictorum hæc est: uno fere omnes ore testari, Geding tantundem esse, ac Expectativam, (6) unicum

(1) *In Iurispr. Feud. Cap 9. §. 2 p. m. 252.*
(2) *De Expectant. Cap. 1. n. 5. Dissertt. Francof. Vol. 1.*
(3) *De Investitur. abusiv. Cap 4. §. 13. Dispp. Halens. Vol. 2. p. m. 455.*
(4) Im teutsch. Lehen-Recht *Cap. 13. §. 2 4.*
(5) *In Obs. pract. voc.* Geding *p. m. 156.*
(6) Idem quoque iam antehac statuit PRÆSES in der Einleit. zum R. Hof-Raths-Proceß *Tom. 3. Cap. 2. §. 17. p. 189.*

unicum Ill. BOEHMERUM (quem ægre dissentientem producimus,) Investituræ simultaneæ loco eam habere, variantes denique deprehendi Ill. LUDEWIGIUM atque SCHILTERUM: in utroque tamen hoc, ne quid dissimulemus, id notandum occurrit, eos tum, cum Iuris egere Interpretes, vocem Geding reddidisse per Expectativam, tum vero demum, cum causarum certarum patrocinium suscepere, vertere stylum duxisse consultius: at ICto Iura docenti plus fidei tribuendum esse, quam de Iure respondenti non inepte ex ipso SCHILTERO (1) monet BURGERMEISTERUS. (2)

§. 8.

Iuris Feudalis Saxonici tradita vom Gedinge.

Videamus iam: an & quatenus hæc conspirent cum priscis Saxonum monumentis feudalibus, Iure scilicet feudali Saxonico? Eum vero servabimus ordinem, ut primo Textus dicti Iuris des Gedinges mentionem iniicientes cum Lectionibus variantibus notabilioribus atque versione nonnullorum passuum Latina Polonis usitata, exhibeamus, porro in mentem eius inquiramus & eandem passim ab aliis vindicemus, denique ipsam naturam des Gedinges adumbremus & si quæ supplenda restant, illa ipsa adiiciamus.

§. 9.

Textus Cap. 5.

Capite itaque *quinto* dicitur: Zween Mannen mag der Herr ein Gut leihen, also, daß einer die Gewehr daran habe und der ander das Gedinge. Alse, ob dieser, so die Gewehr hätte, ohne Lehens-Erben stürbe, daß der ander sein Geding daran behielte, sonst ist am Gedinge keine Folge nicht, es wäre denn, daß der stürbe binnen dem Jahre, dem das Gut in seine Gewehre gelassen war: lässet auch, der das Gut in Gewehre hat, seinen Herrn auf, das Geding ist daran gebrochen: es wäre denn, daß der, so das Gut aufgelassen hätte dasselbe wiederum empfinge: - - Der aber an einem

 Gut

(1) *in Præfat. Consilior. Argentorat.*
(2) Im Grafen- und Ritter-Saal *p. 1.*

Digitized by Google

Gut das Geding hat / der muß es bezeugen mit denen / die es sahen und höreten / daß es ihm vor Geding geliehen ward / alldieweil er das Gut noch nicht in seine Gewehr hat rc. Ita scilicet habet Editio BURGERMEISTERI, (1) qui tamen in Notis sequentes Lectiones variantes subiungit: Verba: 1. Daß der ander sein Geding daran behielte / desunt in antiquo MSpto. 2. Loco verborum: in seine Gewehre gelassen / legunt alii: geliehen / 3. Post verbum: empfienge / addunt alii: und daran erstarb. 4. Loco: das es ihm rc. substituunt alii: daß es ihm geliehen ward / durch das / daß er der Gewehr darbet. Maioris adhuc momenti sunt Lectiones variantes vetusti Codicis Lipsiensis, cuius copiam nobis fecit SCHILTERUS; (2) ibi enim ita legitur: Zween manne mac der Herre ein gut lihen. Also daz ein die gewere dar an habe und der andere es gedinge. Ab der ane lenerben sterbe. Der daz gut in geweren hat. An me Gedinge en ist nich em volge / let ez auch jene der ez in gewern hat. Das Gedinge ist gebrochen. Ez en sie daz erz wider entpha der es gelazen hat und daran ersterbe. - - Der ez gedinge daran hat. Der muz ez gezugen mit den die ez sahen und horten daz ez ime gelegen si. Durch das her der gewere darbet. Coincidit cum hoc ipso Codice Versio Latina, quippe quæ se ita habet: (3) „Dominus potest duobus solum „Feudum conferre, uni possessionem & alteri expecta-„tionem, quæ dicitur conventio. Si moriatur absque „hærede feudali possessor. In expectatione non est „Successor, si etiam sponte resignet possessionem & ex-„pectatio annullatur, nisi iterum accipiat resignatum & „in possessione decedat. - - Infeudatus de futuro, id „est post mortem possessoris, debet suam Infeudatio-„nem etiam cum hominibus Domini sui comprobare, qui

(1) Im Teutsch. *Corp. Iur. publ. & priv. Tom. 1. p. 244.* quam repetiit LUNIGIUS *in Corp. Iur. Feud. Germ.*

(2) *In Cod. Iur. Feudal. Alemann. p. 5.*

(3) Apud BURGERMEISTERUM *l. c. p. 301.*

„ qui præsentes aderant & viderunt, & audierunt, ipsum „ taliter infeudari, & hoc quia caret possessione. „

§. 10.

Varia, in quibus inter se non conveniunt ICti, continentur hoc Capite, in quæ adeo sollicitius inquiremus: 1. itaque proponitur regula: Licere Domino directo, duos de uno eodemque Feudo investire, alterum scilicet realiter, alterum vero eventualiter in casum aperturæ. Et hic nullum occurrit dubium neque dissentiens ullus.

Regula 1. Licet Expectativam concedere.

§. 11.

2. Sequitur regula notissima: **am Geding ist keine Folge.** Ea communiter ita explicatur: (1) si Dominus, qui das Geding concessit, interim moriatur, antequam ille, cui promissionem fecerat, ad Feudum perveniat, tunc non teneri Filium Domini, Parentis sui promissionem vel investituram ratam habere. Et ita passim à Principibus, maxime Saxonicis, practicari aiunt, monentes tamen, si dixerit Dominus: nos investimus te pro nobis & nostris hæredibus, tunc teneri hæredes, investituram ratam habere, alias secus, atque ita practicari. Serenissimus Saxoniæ Elector Augustus, Ius nostrum obscurum hic, adeoque ex Iure Feudali communi interpretandum, esse statuens, in Terris suis ita hunc passum declaravit, quod Domini directi secularis, Expectativam concedentis, hæredes ad eiusdem implementum teneantur, etsi nulla ipsorum in Expectativa facta fuisset mentio. (2)

Regula 2. **Am Geding ist keine Folge.** *Quid de ea sentiant alii?*

§. 12.

Ut verum fateamur, obscura utique est hæc thesis Iuris feudalis Saxonici multisque obnoxia dubiis, præsertim in tanta Codicum manu exaratorum discrepantia. Equi-

Quid nos ad mentem vetustiorum Codicum?

(1) v. WEHNERI *Obsérv. pract. Voc.* **Geging**. *p.* 157.

(2) v. Constitutiones Eiusdem de A. 1572. *Tit.* 45. in LUNIGII *Cod. Iur. Feud. Germ. Tom.* 2. *p.* 596.

Equidem si antiquiorem illum Latinamque versionem consulamus, omnino communis, quam paulo ante retulimus, opinio de mente huius loci videtur esse fundata, neque tamen omnem eius sensum exhaurire, sed & addi debere: Expectativam non transire in hæredes Expectivati, neque vivo Domino concedente, neque mortuo. Suadent enim hæc ea, quæ mox dicentur von der Folge/ plana quoque ita sunt omnia nullaque Textui vis infertur, sed contenta eius ita se invicem excipiunt: 1. Integrum est Domino directo, alicui das Gedinge zu verleihen in Feudo nondum vacante. 2. Si possessor Feudi Feudum detineat ad mortem usque, diemque suum obeat, liberis feudi capacibus non relictis, superstite autem & Domino directo, qui das Geding concessit, & eo, qui investitus est mit dem Gedinge/ Investito cedit Feudum. 3. Si vero Dominus directus mortuus fuerit, possessore Feudi in vivis existente, exspirat das Gedinge. 4. Idem est, si Expectivatus moriendo præcedat possessorem Feudi. Nec non 5. si possessor Feudi Feudum refutet, de quo mox. Facile nobiscum consentiet, qui considerat 1. quantus fuerit rigor Iuris feudalis Saxonici circa Successionem feudalem, a qua, Feudo semel diviso, ipsi adeo Fratres erant exclusi, nisi pactis sibi prospexissent, hinc Successio in dubio semper erit restringenda, idque 2. bey dem Gedinge eo magis, cum sequentia doceant, ipsum nostrum Ius strictissime eius concessionem interpretari; si quis enim investitus fuerit mit dem Geding in casum, si possessor Feudi absque hæredibus feudalibus decedat, possessor autem Feudum Domino refutet, Expectativa annullatur, quia casus specifice expressus, si possessor obierit &c. non extitit, sed feudum alia via ad Dominum rediit. Imo si denuo investiatur de Feudo refutans, reviviscit quidem das Gedinge/ vim tamen suam iterum non exserit, nisi possessor in possessione Feudi decedat. Et huic interpretationi in dubio eo magis erit standum, cum

nemini

nemini constet, quando & qua autoritate admixta Codicibus recentioribus in hac materia accesserint. Solius tamen Exercitii gratia & eorum mentem examinabimus.

§. 13.

Quid ad mentem recentiorum? Num agat von dem Geding cum vel absque Investitura eventuali?

Hic vero alia Interpretatione opus est: duplex enim ibi statui videtur species des Gedinges, altera, quæ in nuda repromissione consistit, altera, cui præterea accedit Investitura eventualis, (1) regulam vero nostram accipiendam esse de priori, ut ita sensus hic foret: cui simpliciter concessum est das Geding, neque accessit Investitura, is neque hoc Ius transmittit ad suos hæredes, neque Successorem Concedentis sibi habet obligatum. Ita enim reliqua cohærent & exceptionis loco ab hac ipsa regula est, si quis *investiatur* mit dem Gedinge, also, ob dieser, so die Gewehr hätte, ohne Lehns-Erben stürbe, daß der ander sein Geding daran behielte; exceptionem enim hic tradi vocabulum: sonsten clare docet. Alias quoque & si, de casu posteriori agere dispositionem hanc, vellemus admittere, nulla etiam secundum *Cap. 32.* mortuo Domino directo daretur successio Fratrum, qui Feudum quidem divisere, à Domino tamen directo obtinuere, ut alter de hoc ipso realiter, alter vero eventualiter investiatur, quod vix quisquam affirmabit.

§. 14.

Differunt ein Geding geben & ein Geding leihen.

Multum & plurimum itaque, etiam adoptata Sententia posteriori, interest: an Expectativá quædam ita sit concepta: man gebe ein Geding, an vero ita: man leihe ein Geding, quæ optime perspexit laudatus nobis aliquoties KOHLIUS, (2) scribens: „neque enim æquipollent: zu einem rechten Gedinge in Lehn verleihen &: begnaden

(1) Quale discrimen hodieque obtinet tum in Feudis Imperii, vid. PRÆSIDIS Einleit. zum Reichs-Hof-Raths-Proceß *Tom. 3. Cap. 2. §. 42. p. 212. & Cap. 4. §. 5. p. 446* tum in Provincialibus, v. *DD. Feudales fere omnes.*

(2) *l. c. p. 5.*

„ begnaden und gnädig geben ein Gedinge. - - Hoc pro-
„ missionem, sive exspectantiam nudam sine investitura,
„ illud vero exspectantiam Investitura firmatam invol-
„ vit. - - Ubi videmus bona, zu einem Gedinge verlihen,
„ ibi exspectantiæ accessisse Investituram eventualem
„ aut simultaneam intelligimus, uti eandem deesse, ubi
„ verba expressa desunt & non nisi concessio eines Ge-
„ dinges memoratur.

§. 15.

Quid sibi velit vox: Folge?

2. Dubitari quoque & disputari videas: quid sibi hic velit vocula: Folge? Putat quidem idem Cel. DN. KOHLIUS, (1) subintelligi renovationem Investituræ atque Expectivatos ab eadem absolvi, cum nemo ignoret, quid sit dem Lehen vel der gesamten Hand folgen; at sui oblitus est vir longe doctissimus: neque enim hic agitur de Investitura und deren Folge, sed vom Gedinge und dessen Folge; Gedinge autem per se nudam promissionem sine investitura involvere ipsemet asserit; (2) sic quoque vox Folge alibi in Iure Feudali Saxonico sæpe sumitur pro Iure Vasalli succedendi in Feudo, e. g. *Cap.* 2. Welcher Herr aber diser einem ein Gut zu Lehen leihet, von dem haben sie wol Lehen-Recht an dem Gut, sie erben es aber nicht an ihre Kinder; dann sie haben keine Volge an einen anderen Herrn, i. e. non est ipsis Ius, Feudum post mortem Domini investientis retinendi. *Cap.* 5. So behalt er das Gut vor sich billich und er hat auch rechte Folge daran, i. e. legitimum Ius succedendi &c.

§. 16.

Exceptio prior ab hac regula: nisi Expectativæ accesserit Investitura.

Stante itaque regula ad mentem Codicum recentiorum, stabit & iam supra tacta prior exceptio, scilicet: expectativam tum transire & active & passive, si eidem accesserit Investitura. Graviter tamen hic obstare videtur dispositio *Cap.* 11. Welch Gut einem nach der Beleh-

(1) *l. c. Cap.* 3. §. 11. *p.* 135.
(2) *ibid. Cap.* 1. §. 2. *p.* 5.

Belehnung nicht angewisen ist und es auch in seinem Gewehren nicht hat, mit dem mag er nicht folgen an einen andern Herrn, ob der vorige Herr stirbet, er kan es auch nicht erben an seinen Sohn; item *Cap. 59.* Alle Lehen ohne Gewähr die haben keine Folge. Iam vero agimus de Investitura tantum, sive abusiva, sive eventuali, cui possessio non accedit, von Lehen ohne Gewähr. Ast hoc dubium nos non tangit, cum in dictis *Cap. 11. & 59.* de Investitura pura & reali sermonem esse dubitare nos non sinant regulæ bonæ interpretationis.

§. 17.

Quatenus obligetur Successor, si nulla Successorum vel Hæredum facta fuerit mentio?

Varia tamen hic occurrunt dubia, scilicet: 1. quid sit statuendum, si nulla vel Successorum, vel hæredum Investientis facta fuerit mentio? Omnino non satis clarum est, vel potius plane deficit hic Ius feudale Saxonicum, ut adeo, viam nobis monstrante atque præeunte Electore Augusto, in subsidium advocandum sit Ius Longobardicum: ibi vero plana sunt omnia. Distinguendum tamen erit inter Successorem Clericum atque Secularem. Quantum ad illum, ipsa Textuum Iuris verba sic se habent: *1. F. 3.* „Si vero Archi-Episcopus, Episcopus vel Abbas, vel Abbatissa Investituram eius Feudi, quod alius detinebat, eo tenore „alicui dederit, ut post decessum ejus, qui possidet, „habeat; & ante decesserit Archiepiscopus, quam ille, „qui feudum possidebat: successores eorum non coguntur eam investituram facere vel confirmare, etiam si „pares eius curtis adsint testes, vel breve testatum inde sit: nisi ille, qui investituram acceperit, nomine „eius feudi in possessionem missus sit, eo consentiente, „qui detinet. Sed si ille, qui feudum possidet, prius decesserit, quam ille, qui investituram fecit, iure cogitur eam ratam habere. *2. F. 26. §. 2.* Moribus receptum est, Dominum de feudo militis sui, quod post „mortem ipsius ad Dominum reverti sperabatur, in

„ alium militem investituram facere posse: quæ investitura tunc demum capiet effectum, cum Feudum Domino aut heredi suo fuerit apertum. Secus est in ecclesiasticis personis. Nam si ecclesiastica persona talem faciat investituram: non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo, feudum aperiatur: & in tali investitura consensus eius, de cuius feudo fit, exquiri non oportet. *2. F. 35.* Ubi clericus de alterius feudo fecerit investituram: siquidem pure, non valeat, sed si sub tempore vel conditione, quo feudum sibi aperiatur, valebit investitura etiam sine voluntate vasalli facta. Si tamen ante decesserit investitor, quam feudum ad eum revertatur: Successor non cogitur eam habere ratam.

§. 18.

Quatenus secularis? De seculari vero successore *1. F. 3.* habetur: „ Laici vero iisdem modis omnibus, quibus supra diximus, si aliis investituram dederint, hæredes eorum, si rationibus claruerunt, omni modo eam adimplere compelluntur. „ (1) Cum vero hæredum solum hic fiat mentio, hinc ad eos, qui, repudiata Concedentis hæreditate, Iure proprio succedunt, hæc non poterunt porrigi. Equidem non ignoramus, quid in medium proferant alii etiam pro liberatione hæredum, imo quid usu passim obtineat; sed cum ea Iura neque Saxonum neque Longobardorum tangant, aliena sunt à nostro instituto.

§. 19.

Quid si Expectativa concessa sit ob bene merita? Excipiendus tamen forte nonnullis videbitur casus, si Expectativa concessa sit ob bene merita, tumque teneri & Successorem Clericum & Successorem non hæredem. Nos vero negativam in utroque casu sustinebimus. Non vacat, prolixius demonstrare, solennem Curiis

(1) Add. *prac.* §. 17.

Curiis esse hanc formulam etiam tum, cum vel plane nulla adsunt merita, vel ea, quæ meritorum præmiis dignorum loco afferuntur, à posteris orco mandantur pœnisque subiiciuntur sæpe non immeritis; sit ita, veraque adsint merita, quid tum? debetur utique sua virtuti non laus modo, sed & præmium, at vero tale, quod in tertii atque Successoris præiudicium non vergit. Plures Magnatibus suppetunt modi remunerandi, eligant ex iis, quicunque placet, dummodo salva maneant aliorum Iura, quæ in favorem tertii violare nefas est, ignorantque hanc exceptionem Iura tum Longobardicum, tum Canonicum.

§. 20.

Quid si obligatio ad Successores vel Hæredes extensa?

Quid si vero Successores obligatos Diplomate suo voluerit is, qui Expectativam concessit? Respondemus ex §§. præcedentibus: si sit Clericus, nullitatis vitio laborare Diploma eiusmodi, cum non sufficiat, ita scriptum esse, sed an ita scribi iure potuerit? Si vero sit Laicus, secundum distinctionem propositam procedendum esse, adeoque obligari Successorem hæredem, non obligari Successorem non hæredem Concedentis.

§. 21.

Quatenus transeat Expectativa ad hæredes Expectivati?

A Concedente Expectativam transimus ad Expectivatum, visuri: an & quando is transmittere possit hanc Expectativam in suos hæredes? Iam vero prior moritur aut Concedens aut Expectivatus: si istud, tum secundum præmissa Expectativa vel Successores obligat, vel non; si obligat, utique & Expectivatus hoc ius transmittit in suos hæredes, si non obligat, tunc, cum ne ipsi quidem ad præstandum aliquid teneatur Successor, etiam nihil est, quod possit transmittere ad hæredes. Si vero prior moriatur Expectivatus, tunc, si accessit Investitura eventualis, Ius suum transmittit ad suos hæredes, quoad concedens vixerit; eo vero mortuo iterum Distinctio supra proposita recurrit.

§. 22.

Quid si certus casus expressus sit? Si vero in Expectativa, im Gedinge, certæ personæ sint denominatæ, à quarum morte Feudum ad Expectivatum transire debeat, neque ulla descendentium ipsorum sive præsentium, sive futurorum facta sit mentio, neque ex aliis Diplomatis passibus appareat, eam concedenti mentem fuisse, ut, etiamsi Personæ nominatæ hæredibus feudi capacibus non careant, attamen expectativa in vigore suo tamdiu permaneat, donec & hi prorsus defecerint, tunc omnino ultra hunc casum specifice expressum concessionem hanc porrigere non est integrum, sed conditione in eadem apposita non existente Expectativa ipsa ipso Iure extinguitur. (1) Sola vero clausula, quod concedens Expectativam hanc concedat pro se & successoribus suis, imo & Expectivato eiusque hæredibus hic non sufficit loco demonstrationis, quod Expectativa esse debeat perpetua; etenim hæ clausulæ hos modo casus supponunt: si vel Concedens, vel Expectivatus, vel uterque etiam, Possessorem Feudi moriendo antecedat.

§. 23.

An Investitura mit dem Gedinge *tribuat Ius Investituræ simultaneæ?* Porro quæritur: an Investitura mit dem Gedinge tribuat Ius Investituræ simultaneæ? Dicimus autem: Investitura mit dem Gedinge; ubi enim nuda adest Concessio des Gedinges, nullaque plane accessit Investituræ, ibi neque adesse possunt Iura Investituræ sive huius, sive illius generis. Si vero accessit & quæratur de Iure Saxonico Feudali scripto, tunc ante omnia excutienda est quæstio præiudicialis: an in dicto Iure ullibi Investituræ simultaneæ Saxonicæ fiat mentio? id quod negavit Dn. à LUDEWIG, (2) alibi tamen pro stabilienda sua sententia, quod vox Geding æquipolleat Investituræ simultaneæ, provocans ad hoc ipsum nostrum Capi-

(1) Add. § 12.
(2) *Diss. de Differ. Iur. comm. & Sax. in Invest. simult. Differ. 1. Cap. 3. §. 10. seqq.*

Capitulum. Speciosissimæ utique sunt Viri Illustris rationes contra originem Investituræ simultaneæ Saxonicæ ex Iure Feudali Saxonico repetendam, atque Textus, qui pro stabilienda Affirmativa facere videntur, aliam quoque admittunt Interpretationem non coactam, quo vero minus eidem nostrum quoque calculum adiiciamus, obstat nobis gravissime, 1 quod, cum Ius feudale Saxonicum mores Saxonum feudales tradat, neque probabile sit, Investituram simultaneam Saxonicam post conditum hoc Ius feudale demum cœpisse, illud materiam tam illustrem sicco plane pede prætermisisse ægre nobis persuadeamus, 2. quod ICti Saxonici textus nonnullos huius Iuris, præcipue *Cap. 32.* semper acceperint de Investitura simultanea Saxonica, neque incommoda videatur & ea interpretatio. Iam si simultanea Investitura Saxonica in Iure feudali Saxonico fundata non est, patet utique, differre das Gedinge & Investituram simultaneam, aut certe recurrendum esset ad Praxin, de qua paulo post. Si vero Ius feudale Saxonicum e. g. *Cap. 32.* ageret de Investitura simultanea Saxonica, sane hic quoque (candide enim agemus,) eam oportebit agnoscere, neque enim Differentiæ illæ, quæ intercedunt secundum Doctores feudales inter Investituram simultaneam Saxonicam, & Expectativam, fundatæ sunt in Iure Saxonico ipso, sed in praxi solum; sed hoc supposito renovatione Investituræ erit opus, quoties possessor investitur, hocque omisso expirat das Gedinge. Neque tamen silentio præteribimus, Ius feudale Saxonicum recentius Ius investituræ simultaneæ non tribuere dem Gedinge, hinc & renovationem eius ante casum vacantis Feudi non requirere. (3) Quantum vero ad Diploma Rupertinum à SCHILTERO productum attinet, ubi in textu dicitur: Haben yme die vorgen. Sloße Dorffere und Guter in rechtem geding zu lehen verliehen,

(2) *In Reliqu. MSptor. Tom. 10 p. 613.*
(3) v. Const. Elect. Aug. de A. 1577. apud LUNIGIUM *l. c.*

liehen, Rubrum vero ita formatur: Als - - in die gemeinschafft gesezt ist, unde SCHILTERUS concludit: Gedinge hic involvere simultaneam Investituram sine possessione, ad hoc respondemus: 1. rubrum hoc non ipsi Imperatori, sed Archivario vel Scribæ suam debere originem, quorum frequens sive incuria sive inscitia in formandis eiusmodi Rubris notissima est. 2. Eidem repugnat ipse contextus; dicitur enim, quod is, cui Diploma hoc indultum est, *tum demum* Terras ibi expressas zu Lehen haben und tragen soll, si possessor Feudi absque hæredibus feudi capacibus diem suum obierit, id quod notorie Feudum de futuro designat, in Investitura vero simultanea Feudum confertur de præsenti. Denique nullas unquam Investituræ simultaneæ vidimus literas ita conceptas.

§. 24.

An das Gedinge *tribuat Ius reale?*

Denique paucis delibabimus quæstionem: an das Gedinge tribuat Ius vel reale vel personale? Posterius communiter affirmatur à Doctoribus, imo in eo præcipuam differentiam collocant inter Investituram simultaneam Saxonicam & dem Gedinge; textus tamen Iuris Saxonici in hanc rem adductos non vidimus atque corruente supposito, scilicet Investituram simultaneam & das Gedinge differre, necessario sequeretur, tribuere utique das Gedinge ius Feudum ipsum afficiens, per renovationem Investituræ conservandum. Favere videtur huic Sententiæ *Cap. 57.* ubi dicitur: Leihet ein Herr Frauen oder Mannen Geding am Gute, das eines andern ist, stirbet dann diser, der es besizet und in Gewehr hat, so ist die Gewehr (possessio) des Gutes erstorben, mit sampt dem Gute an dem das Geding geliehen war. At hæc verba Ius reale involventia plane deficiunt in Codicibus antiquioribus, (1) unde communi sententiæ pondus haud leve accrescit.

§. 25.

(1) v. SCHILTER *l. c. p. 31.*

§. 25.

Supereſt in recentioribus Codicibus ſecunda Exceptio à regula, daß an dem Geding keine Folge ſeye; ſcilicet: hoc fallere, wann der ſtürbe binnen dem Jahr, (ſcilicet à tempore conceſsionis des Gedinges,) dem das Gut in ſeine Gewehr gelaſſen war. Supponi autem neceſſario hic duo debent: 1. non acceſsiſſe dem Gedinge Inveſtituram, 2. Dominum concedentem eſſe mortuum prius, quam poſſeſſor feudi obierit; etenim fatis concedente Feudi poſſeſſore, ſuperſtite Domino directo, qui das Geding indulſit, hunc ipſum pacto teneri, nullum eſt dubium. Iterum tamen Codicum Iuris Saxonici mira & hic varietas dubiis nos vexat. 1. Enim quidam legunt: dem das Gut geliehen war, cum vero duo Inveſtiti adſint, alter de præſenti, alter de futuro, de quonam horum Textus erit accipiendus? Videtur tamen de priori, is enim inveſtitus fuit mit dem Gut / alter vero tantum mit dem Gedinge am Gut. 2. Contrarium plane ſtatui videtur Capite immediate ſequenti ſexto, ubi dicitur: welcher Mann aber keinen Sohn hat / der erbet die Gewehr deß Guts an ſeinen Herrn / es ſey denn / daß es der Herr an dem Gute einem andern verliehen hätte das Gedinge und der belehnte Mann das Gut in ſeinen Gewehren auch behalten hätte Jahr und Tag / ehe er ſtarb. i. e. poſſeſsionem Feudi, de cuius Geding quis inveſtitus eſt, Inveſtito tunc demum accreſcere, ſi poſſeſſor Feudi *poſt* Annum deceſſerit. Aſt nulli dubitamus, corruptos hic eſſe recentiores Codices atque præferendam eſſe Lectionem antiquiorum, quæ ſe ita habet: eʒ en ſi daʒ der Herre eʒ gedinge daran verligen habe und der belente man daʒ behalte, nach rechte binnen ſiner rechten jar ʒtale; quibuscum convenit Verſio Polonorum Latina: „ Niſi forte Dominus alteri contulerit Feudum de futuro & ſic infeudatus ipſum obtineat infra ſpatium unius Anni „ ut adeo non ſermo ſit de poſſeſſore ſive intra ſive poſt Annum obeunte, ſed de Expectivato, Feudum, de quo inveſtitus

Exceptio 2. regulæ de Succesſione Expectivati, ſi ſc. poſſeſſor Feudi moriatur intra Annum à tempore conceſſæ Expectativæ.

vestitus fuerat mit dem Gedinge, intra annale spatium Iure sibi vindicante.

§. 26.

Conclusio. Equidem plurima de hac ipsa materia dicenda supersunt, cum non integrum *Cap. 7.* exhauserimus & præterea in tot aliis Capitibus multa des Gedinges fiat mentio; sed cum Præsidi per supervenientes ex improviso alias occupationes publicas ulterius progredi non liceat, hic subsistimus, existimantes, nos satis superque demonstrasse: secundum genuinum & primævum Ius Feudale Saxonicum extingui das Gedinge morte Concedentis. 2. Etiam secundum recentius atque interpolatum eodem modo extingui, si non accesserit Investitura. 3. Si Investitura accedat, secundum idem Ius, è Iure communi supplendum atque illustrandum, obligari quidem Successorem Laicum, eumque Investientis hæredem, non vero Successorem Laicum non hæredem, multoque minus Clerici Successorem Clericum, quod nobis præcipue sumseramus demonstrandum, adeoque hæc sufficiant.

Theses controversæ, à Respondente subiunctæ & absque Præside defendendæ.

1) Omni tempore pro valore legis contra consuetudinem præsumendum.

2) Retorsio iniuriarum licita est, nec meretur pœnam.

3) A contractibus innominatis, invita altera parte hodie resilire non licet.

4) Remissio generalis iniuriarum ante usum Sac. Cœnæ actionem iniuriarum haud tollit.

5) Venditor rem venditam possidens, ad eam tradendam tenetur, nec liberatur præstando id, quod interest.

6) Testamentaria successio non est Iuris naturalis.

7) Præstat vivere in societate coniugali, quam in cœlibatu.

8) Consensus fictus & præsumtus differunt, hic Iure natur. quoque valet, ille non æque.

9) Maiorem in fœminis quam in viris requiri castitatem defendam.

ERRATUM.

p. 11. l. ult. pro: Adiectivum leg. Verbum.